Hugo <Argentinensis>; Bernoldus <Caesariensis>; Dorniberg, Thomas [Oth.]: Compendium theologicae veritatis / Hugo Ripelin von Straßburg. [Enth.davor:] Distinctiones de tempore et de sanctis quarum declarationes ex compendio theologicae veritatis capiuntur / Bernoldus de Caesaria: [Mit Tabula von Thomas Dorniberg]
Ulm: Johannes Zainer, [ca. 1478/81] Seite 126





excedat eos. Item nocet p impssionem ymaginum mala sugge
rendo. vel p cōmotionem sanguinis ad peccatum accēdendo vel
sensus exteriores p obiectionem falsaꝝ formaꝝ decipiendo. De
his et similibꝫ dicit Greg9 Qd dyabolus aut opprimendo rapit
aut insidiando circuiuolat. aut suadendo blandit. aut minando
terret. aut desperando frangit. aut pmittendo decipit. Dyabo-
l9 decipit hoīes quatuor modis. Primo suadendo bonū ꝫ hoc p
pter malum vt cum hoi instabili suadet ingressum religionis vt
postmodū apostatet. Scdo suadendo malum sub specie boni vt
piurare p rebus alterius cōseruandis. Tercio dissuadendo bonū
tanq̄ nociuū vt cum dissuadet bono viro religionis regressum.
ne de hoc peniteat et egrediens confundatur vel qn̄ dissuadet
alicui orationem vel elemosinam vt per hoc incurrat vanā glo
riam. Quarto dissuadendo malum vt ducat ad peius. vt quan-
do dissuadet in tempantiam in victu et somno. vt inducat in in-
discretam abstinentiam qd peius est Impeditur dyabolus in ef
fectu sue malicie multis modis. Quandoq̧ per crimen sue pote-
stati impositum a deo. Item quandoq̧ per resistentiam bonorū
spirituum. Habet enim quelibet anima duos angelos. scilicet
vnum bonum ad custodiam. alium malum ad exercicium. Item
per arbitrium hominis non consentientis. Item quādoq̧ ppter
peccati abhominacōem. qꝛ demones nobilioris nature peccata
vilia detestantur. Item ppter cautelam qn̄q̧ omittit facere mala
vt peius fiat sicut modo non vexant excōmunicatos vt sentenci
as tales min9 timeant. Vtꝝ virtus in dyabolo temptandi mi
nuatur qn̄ vincit. Diuerse sunt opiniones. Dicunt em̄ quid ꝙ
supatus ī vno vicio ip̄m victorem non possit amplius temptaē
de eodem vicio. sed alius dyabolus potest. Alii dicūt ꝙ supat9
ī vno vicio nullū de illo vicio potest ampli9 temptare. Orige-
nes dicit ꝙ supatus ab vno vicio neminem de cetero p̄t temp-
tare. Data est demonibus potestas exercendi magicas artes mł
tiplici rōne. Primo ad fallendum fallaces sicut egiptios ꝛ ipōs
magos. vn̄ etiā ipsi que per modū talem acturi sunt q̄si diuinā
do p̄dicūt. Secūdo ad mouendū fideles ne scꝫ tale ꝙ pro mag-
no desiderent cum videant etiam et malos facere hmōi. Tercio
ad pbandum et exercendum patienciam sanctorum.

## De lucifero specialiter Capitulum xxviii

De lucifero sciendum ꝙ fuit de sup̄mo ordine. superioris
ierarchie ac in illo ordine supremuꝫ gradum tenuit cui
tanq̄ principi de singulis ordinibus magna multitudo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-163/0125
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG